

7. N. 7.

A.D.

AUDIENDAM VALEDICTIONEM,
QVAM
DISCIPULUS HACTENUS NOSTER,
INFRA NOMINATUS,
DIE CRASTINO,
IN AUDITORIO MAIORI,

H. C.
TABITUR US EST.

HABITUOS EST,
VENERANDOS DNN. INSPECTORES,
PATRONOS, FAUTORES, AMICOSQUE

NOSTROS
LITERIS PRÆSENTIBUS
PER OFFICIOSE ET AMANTER
INVITAT.

M. GEORGII ANDREAS Vinholt/ Rector.

LITERIS FRIDERICIANIS.





E sterili omnino Poëtarum labor & omnis expers utilitatis esset, sicut vulgo studium pangendi carminis, ob sterilitatem suam, male audit, & multo, quam par est, asperiore censura perstringitur: Poëta quidam si non aliud, hoc tamen tulerunt vel premium, vel solarium, ut cognomento quodam virtutis aut ingenii ab aliis palam distinguerentur. Ita appellati fuerunt

AESCHYLUS, Atheniensis, *Tragœdiarum pater*. Patris nomen qui gerit, eum necesse est habere aut habuisse sobolem, si minus genuinam, et suo suscepitam feminam, at sua voluntate acceptam in familiam suam. Nec minus inventione pater audiat AESchylus. Namque nonaginta Tragœdias fecit, in quibus vices octoies, vel, ut alii volunt, ter decies vicit, quarum vero duntaxat sex supersunt. Primus, ne genitoris voce indignus videretur, hoc reperisse dicitur, uti actores Tragici personas terribiles induerent, & fecibus inunctas; item cothurnis five grandioribus calceis uterentur, (a) & magnum deinceps in theatro loquerentur: (b) quemadmodum a Plutarcho inter singularia ornamenta Athenarum tria lumina ponuntur, Euripidis sapientia, Sophoclis facundia, AESchylus grandiloquentia. (c) Quippe AESchylus apprime sublimis in oratione, & grandis, teste D. Heinsio, verbisque, quibus utitur, ipsis prope par rebus, heroicam & audacem dictiōnem effundit. (d) Potest autem & suarum pater dici atque haberi tragœdiarum. Sienim pater sollicitus in longitudinem consultit, curamque diligenter adhibet, quo pacte aliquando filii suis bonum relinquat patrimonium: AESchylus tragœdias suas, quas ιεραχηγιαν ουτος υπεδηρ διστανει, ie, magnarum cænarum Homeri frusta esse dicebat, tempori depositus, non ignarus, easdem futuro tempore honorem debitum adepturas. (e)

ALCMAN, Poëta Lyricus, Messenius, γνωδε seu dulcis. Erat homo lepidi ac festivi ingenii, neque abs re Scaliger pauillas ejus reliquias quovis nocte resuaviores ait. (f) Et quoniam earmina amatoria invenerat, atque in vulgus ediderat, quæ in hominum congreſſibus, ad excitandam auribus animisque voluptatem, canerentur; (g) quia idem ventri ac gulæ maximopere deditus, seque ipsum πολυθεωματο, h. e. multi cibi hominem appellans, inter gulones a Græcis numerabar: nihil mirandum oppido est, caput tantorum leporum deliciis & delectamentis accensi. Novimus etiam nostris moribus, lepida eiusmodi ingenia quovis melle, quovis faccharo, quavis lo tho, & si quid lo tho illa Homericus dulcius, suaviora haberi; quod seculi pruriens libidinem aperte arguit. Cum fortunam providentiae filiam, sororemque Eunomia & Pithus dixit, id omisit, quod sua maxime referebat, luxuriam Veneris matrem, aut, ut Apulejus loquitur, Bacchum Veneris certatorem & armigerum esse. (k)

ALEXANDER, Ephesius, *Lychmus*. Qui Ephefum olim virtute illustraverunt, in eis Alexandrum hunc non postremo loco ponit Strabo, vetus Geographus, utpote qui & rem publicam gesserit, & historiam scriperit, & versus reliquerit de rerum cœlestium ac orbis terrestris partium descriptione, editis de singulis earum poëmatibus. (i) Bene igitur tam splendidum nomen Lychni, five lucernæ, ei tributum arbitror, qui, lux in republica, lumen affudit historiæ, simulque cœlestia cum terestribus copulavit.

ANTIMACHUS, Poëta Melicus, Ψικα i. e. *stilla*, eo, quod identidem explexerit; (k) vel, ut potius crediderim, quod familiaribus colloquiis, instar minutissimæ pluviae, hominum aures animosque irrigaret atque aspergeret, nec, nisi doctiores, a se dimitteret. (l.)

CORINNA, Thespia, vel Corinthia, *Musa Lyrica*. Musa dicebatur, quia fœmina majorem cum fœminis Musis, quam mares, cognitionem habere visa, & Pindarum ipsum, tanti spiritus Poëtam, quinque vices commemmoratur, cui audacter in os dicere haut erubuit: fabulas poëticas manu, non sacco esse insperandas. (m) Lyricæ autem nomen propterea tenuit, quod libros & epigrammata sua vario genere exprimere laboravit.

ERA-

[a] Voss. d. Poet. Gr. [b] Hor. d. art. Poet. [c] de glor. Athen. [d] in dedic. Senec Tragœd.

[e] Athen. I. 8. c. 8. [f] I. Poet. c. 44. [g] Athen. I. 13. c. 8. [h] Gyrald. dial.

[i] I. 14. [k] Claudius, In embli. Alciat. 96. [l] Voss. d. Poet. Gr. c. 6.

ERATOSTHENES, Cyrenæus, *Pentathlus*, *Philologus*, *Beta*. Pentathlon Græci vocabant, qui omni genere facultatis antagonistica decertare poterat; sicut Pancratia etiam, pancratiarium, seu pancratiasticum eum, qui lucta & pugillatu. (p) Et Eratosthenes quidem varia eruditione nobilitabatur: inde certatoris & victoris excellentis in eo appellatio originem traxit. (q) Eadem causa Philologi quoque encomium effecit, quod deinde Atteo Romano assumere placuit, quia, sicut Eratosthenes ille, qui primus hoc cognomen sibi vendicavit, multiplici variaque eruditione censebatur. (r) Beta seu litera B. idem nominabatur, quoniam summis proximus in omni disciplina secundas teneret. (s)

EUPOLIS, Atheniensis, *excellens note Poeta*. Hic, vix septendecim annos natus, jam tum docere fabulas coepit: adeo fautricem naturam in fingendo poëmate nactus est; utque numerum anni, quo prodierat in lucem, comediarum numero adæqvaret: non ante quievit, quam septem & decem consecsis fabulas, in quibus agendis & septies victoriam reportavit. Fabulas, si placet, lege apud Vossium. (n) In bello Laconico militans, naufragio periit in Hellesponto: unde decretum est, ne postea Poëta militarent. (o) Id quod singularem populii in eum gratiam favoremque luculentu argumento ostendit,

EURIPIDES, Atheniensis, *scenicus Philosophus*. (t) Cum adolescentis ab ore sapientissimi Socratis pependisset, pariterque subtilissimum naturæ investigatorum audivisset Anaxagoram, tunc sapientia doctrinis excellenter instructus, sapientia ipsi scenicum misericordia leporem, ita quidem, ut Cicero singulos ejus versus singula testimonia putaverit. (u) Ex eodem sapientia fonte profluxit, quod, extincto ab Atheniensibus Socrate, eam necem Athenis in Tragedia objecerit, integratique civitatem, reliquis tacentibus, coram orbe cœdis postulaverit: quodque, cum recitasset fabulam, effretque a populo rogatus, ut sententiam quandam mutaret, in scenam progressus hanc profuderit vocem! Tragedias compono, ut populum doceam, non ut ab eo discam: quodque Alcestidi Tragico objicienti: quod intra triduum tria tantum carmina elaborasset; se vero centum, respondebit: hoc tamen interest, tua carmina triduo tantum, mea vero in omne tempus sufficient. *w* Quanta autem dignum est laude, Poetam ingenij doribus non ad lasciviam abuti, non ad incendum libidinis; sed contra ad probitatem & morum decus ut!

HESIODUS, Ascreus, vel potius Cumæus, *Poëta*, vir perelegantis ingenii, ac mollissima dulcedine carminum memorabilis. (x) Princeps & primus omnium de agricultura præcepit. (y) Sed ejus opera & dies pari cum aureis carminibus Pythagore prælio estimari debent. Quare & dignus habitus est, cui in Gymnaio Constantinopolitano statua ex ære, & in Bœoticis a Thespisibus in urbis foro alia ex cera poneretur. (z)

HOMERUS, *Poëta*. Iliada post Homerum scribere tentarer, qui vellat Homericas laudes magno verborum apparatu extollere, cum ingenium ejus sine exemplo, censente sic Vellejo, fuerit maximum; in quo hoc maximum sit, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus sit, neque quemquam alium, cuius operis primus Autor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum & Archilochum, reperiamus, (aa) Hujus igitur versus proverbiorum loco usurparunt; (bb) & patriam septem civitates Græciae, Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Jos, Argus, Athenæ, sibi vindicatum iveri. (cc) Hoc tamen notari hic debet, quod accerrimi vir judicii, J. Scaliger de Homeri carminibus observandum censuit; si Musæus ea, quæ Homerus scripsit, scripsisset, longe melius eum scripturum fuisse. (dd) Cui equidem sententia, favissima elegantiæ Musæi adductus, subscribere non dubitem.

LYCOPHRON, Chalcidensis, *Vates*. (ee) Obscuritate enim se involvens, non tam versus fundere, quam oracula edere videbatur, & velut ex tripode dicta, oratione ambigua animi sui sensa plerunque implicavit. Quod de Alexan-

(n) c. 6. d. P. Gr. (o) Suid. (p) Arist. Rhet. c. 13. & 11. Fabri Agonicitho l. i. c. 31. (q) Morhoff. Polyh. l. i. c. 6. (r) Suet. in Iuliffr. Gram. c. 10. (i) Magiri Criticon Enypomologon. (t) Virtr. l. s. proœm. (u) l. 16. epist. fam. (w) Val. Max. l. 3. c. 2. (x) Vellej. l. i. c. 7. (y) Plin. H. V. l. 18. c. 24. (z) Lorichius Bi-bl. Poet. p. 26. (aa) Vellej. l. i. c. 5. (bb) Rotmari Praef. Adag. Virgil. (cc) Gall. N. Attic. l. 3. c. 11. Allatius d. Patria Hom. (dd) Poet. c. 2. l. 3. (ee) Rhodig. l. 24. c. 6.

Alexandra compositum extat poëma, mole quidem exiguum est, Oedipo autem ad conjectandum opus habetur: nisi Meurfius ingenii perspicuitate eas tenebras dis-
cussisset: sic, ut qui ante Lycophron, nunc, accedente lampade Meuriana, Glyco-
phron dici mereatur; (ff) neque stella illa Lycophronis in Pleiade poëtica (Ho-
merus enim, Sositheus, Lycophron, Alexander, AEantiades, Sofiphanes & Phi-
liscus, septem Poëtae, ad numerum stellarum in Vergiliis lucentium, Pleias olim
vocitati fuerunt) jam obscura mentis oculis appareat.

MENANDER, Atheniensis, *Commentarius bonorum, que Græcia tulit.* Co-
medias centum & octo magna cum industria confecit, de quibus, præter senten-
tias paucas, nihil habetur amplius. Veluti pictores, oculis defessi, ad colores flor-
idos & virides se avertunt: ita Philosophis laboriosis requies gravium atque con-
tinuum meditationum est Menander, tanquam prato pulchre florenti & opaco
atque aura pleno excipiens animum. (gg)

NICANDER, Colophonius sive AEtolus, Poëta. Homo ab agro remotissi-
mus de re tamen rustica præclare sane vires suas exeruit, poëtica videlicet fac-
tate, non rustica. (hh) Quæ Georgica secula incuria intercederunt; Theriaca
vero & Alexipharmacæ hodieque legere cupientibus ante oculos verfantur. (ii)

NICOSTRATUS, Poëta Comicus, Κιθαρίστης, Citharista: Non enim solum
fabulas egregias dabat egregius ipse cum Nicandro Comœdiarium magister, ve-
rum & historiam omnium optime ac pulcherrime exercebat. (kk) Inde Græcis
proverbio dici increbuit, πάντα καλά Νικόστρατοι, e. faciam omnia secundum
Nicostratum, vel more Nicostrati. (ll)

PANYASIS, Halicarnassensis, ut a quibusdam traditur, & Herodoti vel
avunculus vel patruelis, Poëta. Quippe ille Heracleida, sive de Herculis laboribus
poëma, idque novies millenis versibus, nec non Jonica conscripsit, in quibus de
Codro, Neleo & Jonicis coloniis versus circiter septies mille numerabantur. (mm)
Claritudinis ejus insigne argumentum sit, eum quinque Poëtis excellenter claris
sextum accenferi, Homero, Eupoli, Hesiodo, Antimacho, Nicandro. (nn)

PINDARUS, Thebanus, *Lyricorum Princeps.* Spiritus magnificentia, senten-
tias, figuris, beatissima rerum verborumque copia & velut quodam eloquentiae flu-
mine celebratus: propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabi-
lem. (oo) Itaque unum os Pindari Thebas illuminavit. (pp)

SIMONIDES, Amorgiæ patria Amorgo, ιαυθεγαπός, i.e. *Scriptor Iamborum,*
in quibus prescribendis precipue laboravit, imo primus hoc carminis genere usus
esse dicitur. (qq)

SOPHOCLES, Atheniensis, μέλισσα Λ' Στίχην ηδὲ Σειρήνεα, i. d. apis Attica, ac Siren no-
næ. (rr) Etenim apes fragrantissimis infidientes floribus, mella dulcissima in cellas,
suas deferunt: & Sophocles centum & viginti dedit fabulas, quarum hodie tantum
septem invidia temporis superstites esse voluit. Cumque in suprema senectute
Oedipum Coloneum elaborasset, a liberisque malignis ob eam cauſam effert accusa-
tur, quod senio frigidus, jamque bis puer desiperet impotentia mentis: hac au-
tem recitata fabula, quæsivisset a judicibus, num desipienti videretur opus? senten-
tis judicunrabolitus est. (ff) Quanta vero auditores suos perfruderit volute-
tate: vel illud indicio fuerit, quod in certamine poëtico vices quater vitoriam reportavit. (tt) quod
Polemon, Atheniensis Philosphorus, Sophocle & Homero pariter delectatus, Homerum quidem heroi-
cum esse Sophoclem; Sophoclem vero Tragicum Homerum exstimator: (uu) quod grandia & gra-
via in oratione Sophocles vocantur. An pangis aliquid Sophocleum? (ww) tua carmina di-
gna Sophocleo sunt corthano, (xx) ut et apud Ciceron & Virgilium nostrum. Valedicturus die
crastino, idque versibus Germanicis, quos reliqui studis suis libenter affociavit,

JOHANNES CHRISTOPHORUS HASSIUS, Graza-Varicus, laudem præmisit, ad edendum
Latinatis ultimum specimen, poetos Germanicæ, milique occasionem dedit adducendi quorundam
Poëtarum, quos Græcia extulit, nomina. Discedentem secundo voto prosequetur

SIMON JOHANNES SCHINCKLIUS, Werdenis. Deus O.M. abitum Discipuli haec tenus nostri
felicissimum esse jubeat! P. P. Cygnea d. 9. Maij An. 1707.

(ff) Magirus l. c. (gg) Plat. comparat. Arisoph. & Menand. (hh) Cic. l. i. d. orat. (ii) Voss. d. Hist. Gr.
l. 4. c. 4. (kk) Pollux. l. 5. c. 16. (ll) Voss. d. P. Gr. c. 7. (mm) Voss. d. Hist. Gr. l. 4. c. 16 (nn)
interpres Oppiani. (oo) Quintil. l. 10. c. 1. (pp) Vell. l. i. c. u. (qq) Suid. (rr) Suid. (ff)
Cic. in Cal. & Val. Max. l. 8. c. 7. (tt) Voss. 3. Poët. Gr. c. 4. (uu) Suid. io σοφος. (ww) Cic.
in epist. cum. (xx) Virg. Ecl. 8.

... illa alia haec rite etiam & indecumque canamus illi
... sicut et modice de voluntate non mutatis epiphys
... quod tunc eam sicut & tota illa canit illius
... ex parte de legimus omnes & labores eius etiam quod, mutato
... illius haec rite canimus. Talius vero & CULTUS
... quod eum canimus, in illo & illud in eisdem & & & &
... eum canimus. Hoc omnino in eis quod, aperte etiam
... hoc canimus, in illo & illo & & & &
... eum canimus. Hoc omnino in eis quod, aperte etiam
... hoc canimus, in illo & illo & & & &

J. N. J.

A.D.

AUDIENDAM VALEDICTIONEM, Q V A M

DISCIPULUS HACTENUS NOSTER,

INFRA NOMINATUS,

DIE CRASTINO,

AUDITORIO MAJORI,

H. C.

HABITURUS EST,
NDOS DNN. INSPECTORES,
ONOS, FAUTORES, AMICOSQUE

NOSTROS

LITERIS PRÆSENTIBUS

PEROFFCIOSE ET AMANTER

INVITAT.

ORGIUS ANDREAS Vinhold / Rector.

LITERIS FRIDERICIANIS.



Farbkarte #13

